

**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro  
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.  
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &  
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione  
praecedentibus duobus Tomis primum additus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agr., 1684**

Decisio CXI. De jurisdictione Episcopi Regulares privativè quoad Abbatem,  
vel Priorem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

## DECISIO CXI.

De jurisdictione Episcopi in Regulares privativè quo-  
ad Abbatem, vel Priorem.

R. P. D. Orano.

*Inter recentem  
decis. 20. par. 1.*

Cæsaraugustana exemptionis.

Luna 12. Februarii 1590.

### S U M M A R I U M.

- 1 Monachi Regulares iuxta Regulam sancti Augustini non puniuntur in figura judicis, sed salutari tantum penitentia.
- 2 Statutum non dicitur frustratorium, & superfluum, si ex eo declaratur id, quod de jure communi erat obsecrum.
- 3 Statutum ut non dicatur superfluum, & frustratorium, sufficit, ut aliquid operetur.
- 4 Beneficia Regularium sunt manualia, & de jure communi Regularium Prior privationis panam imponit.

Post resolutiones factas agentes causam Prioris dubitare obtinuerunt, an ex statuto, vel consuetudine, major jurisdictione dicto Priori competenter, quodam de jure communi sibi concessa in Domini circumscripto capita consuetudinis, & praesupposita statuti existentia, de quo plurimum dubitabant, cum nec habeant subscriptionem Episcopi, neque sigillum, resolverunt negativè, nam in eo nihil habetur, ex quo possit colligi, maiorem illi tributam jurisdictionem, quam de jure communi sibi competenter, quantum enim ad delicta gravia, ut ex præmissis patet, cognitio illorum audience Episcopi reservatur, & circa levia sola correctio ei conceditur, & qui dem limitate secundum regulam sancti Augustini, & venerabilem ipsius domus confuetudinem sine figura judicis. C. fin. de statu Monachorum. ubi texus loquens

quens secundum regulam S. Benedicti, intelligitur de penitentia salutari, sine figura  
judicij C. ad nostram fin. & ibi gloss. de appell.

Nec verba statuti sequentia (& secundum venerabilem domus consuetudinem)  
ampliant illius dispositionem, praeterea cum nobis non constet, quæ fuerit illa do-  
mus consuetudo, unde interpretari illa verba oportet, ut inferant ad regulam con-  
suetudine receptam. Neque inde infertur, quod statutum fuit superfluum, si nil am-  
plius sicut operaturum, quam jus commune declarayerat, quia primo superfluitas cel-  
lat, dum diffinit id, quod de jure communis erat obscurum, ut ex disputationibus  
in hac materia factis apparuit. Abb. in C. solita, in gloss. tanquam in fin.  
de major. & obed. & in C. certificari, col. pensat. de septe. Gemin. in cap. 5  
Papa de privil. in 6, & novum non est, quod idem bis repetatur ratione tollende du-  
bitationis. l. t. §. sed sciendum, vers. ergo puto, ff. de adit. edict.

Secundò sufficit, si aliquid operetur, operatur autem dum concedit Priori ius pri-  
vationis contra incorrigibiles. Minus adversatur, quod per statutum Priori in visitatio-  
ne concedatur facultas puniendi, quicquid reprehensible inveniat, & contra incor-  
rigibiles, & bis monitos procedendi ad punitionem. Quia non propterea sequitur,  
quod sibi sit judicialis cognitio permissa; facultas enim data Priori puniendi & co-  
rigendi restringitur ad ea, quæ concernunt delicta regularia, & levia, & cùm gra-  
vium cognitio statuto expresse Episcopo sit reservata, & in visitatione judicialiter  
non procedatur, sed tantummodo per viam inquisitionis praeparatoriam ad mora-  
correctionem, C. 1. §. Jan. de censib. lib. 6. c. placuit, 10. quæst. 1. Special. de inquis. §. 2. n.  
6. & 9. Pau. in tract. de iust. par. 2. q. 7. n. 12.

Neque contrarium refutat, quod privatio sit gravis pena, quæ solet imponi  
vibus delictis: quia si attendimus verba statuti, privationis pena non imponitur  
propter gravitatem delicti, sed propter incorrigibilitatem, quod quidem non est mi-  
rum in regularibus, quorum beneficia sunt manualia. Egid. decif. 203, & de jure  
communi Prior privat, & destituit Monachos, neque tamen de gravibus cognoscit,  
negue dum destituit, judicialiter procedit. C. qualiter, & quando, el. 2. in fin. de aus-  
sat. & ita resolutum fuit.



D E-